

166

GESTA

Beatus, quem elegisti & assumpsisti; Domine, inhabitabit in atriis tuis. Replebimus in bonis domus tuae, sanctum est templum tuum mirabile in equitate. Hæc in memorata carta inter alia ferebantur, quæ non tam verisimilia quam verissima, ut arbitror, videri possunt, quam idem rex, cum & alias longe lateque ecclesias ditasset, tum præcipue horum copiosissime locupletavit. Vnde & eorum post mortem flagitabat auxilium, quos præ cæteris se dilexisse meminerat.

CAPVT QVADRAGESIMVM
SEPTIMVM.

De Ludouico filio ipsius quomodo illi in regnum successerit.

Taque post Dagoberti regis discessum, filius Ludouicus, (z) sub tenera ætate sibi regnum patris adsciuit, omnes

(z) Ludouicus] alter ex filiis Dagoberti, qui in regnum Neustriae ac Burgundiae successit, ad qua iam destinatus erat Aimoinus IV. c. XXVII. Fredegarius cap. LXXVI. cum Sigebertus in Auster regnaret, Fredegarius cap. LXXV.